Inveniendo Deodandis ac de bonis quorumcunq aliorum
pro derelictis habitis vel habendis seu Casu fortuito repertis
aut reperiendis vel qualitercunq Debitis aut Debendis
ac de omnibus alijs Casualibus tam in super vel per
mare Littoraq Crecas aut Costeras Maris vel partes
marittimas quam in super vel per aquas dulces portus
flumina publica Rivos seu Crecas aut Loco super
inundato quocunq infra fluxum et refluxum
Maris seu aquæ ad plenitudinem aut super Littora
vel ripas alicujus eorundem infra Jurisdictionem
nram maritimam prdictam qualitercunq quandocunq
vel quomodocunq emergentibus contingentibus sive
provenientibus quibuscunq vel ubicunq bona Debita
aut Catalla hujusmodi aut Cætera premissa vel aliqua
parcella eorundem infra Jurisdictionem nram maritimam
predictam reperiantur aut inveniri seu reperiri contigerint
Ac insuper de Anchoragijs et Lastagijs seu arenosa navium
Oneratione et de piscibus regalibus viz Sturgeonibus
Balanis Cetis Porpetijs Delphinis Riggis
ac Graspetijs Et generaliter de ceteris piscibus quibuscunq
magnam sive Ingentem Crassitudinem sive pinguedinem
in se habentibus ab antiquo de Jure vel Consuetudine
ad nos quovismodo pertinentibus aut Spectantibus seu
aliquo modo Consuetis eademq Wreccum maris ac bona Debita
et Catalla ac cætera pr'missa omnia et Singula una cum
omnibus et omnimodis finibus mulctis exitibus forisfactis
americiamentis redemptionibus et recognitionibus quibus-
=cunq forisfactis et forisfaciendis et pœnis pecuniarijs
pro transgressionibus delictis Injurijs extortionibus
Contemptibus et alijs maleficijs quibuscunq vel pro
aliqua re materia seu Causa quacunq impositis vel
inflictis imponendis vel infligendis qualitercunq
in dictis Provincia et Territorijs nostris de Maryland
ac partibus maritimis eorundem et eisdem adjacentibus
quibuscunq in aliqua Curia Admiralitatis nostræ
ibidem tenta seu tenenda presentatis seu præsentandis
assidendis afferendis forisfaciendis seu adjudicandis
Ac etiam unà Cum americiamentis exitibus finibus perquisitis
mulctis et pœnis pecuniarijs quibuscunq ac forisfacturis
quarumcunq recognitionum Coram vobis Vestrove
Locum tenente Deputato vel Deputatis in dictis Provincia
et Territorio nostris de Maryland ac partibus maritimis
eorundem et eisdem adjacentibus quibuscunq audiendum
et Terminandum assignatis seu assignandis contingentibus